



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Lucae Pinelli Societatis Jesu Theologi, De
Perfectione Religiosa, Et Obligatione, Qvam Qvisqve
Religiosus ad eam consequendam habet. Libri Quatvor**

Pinelli, Luca

Mogvntiae, 1604

XXVIII. Epilogus de obedientia religiosa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46699](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46699)

mihi placet Humilitas enim est obedientiæ mater, & altera sine altera cōsistere nequit. Superbus non vult se cuiquam subiicere. qui autem non se subiicit, non potest esse obediens. Superbia, quia subditum reuocat ab exequendis Superiorum mandatis, & meritum omne eripit, & auget afflictionem.

Epilogus de Obedientia religiosa.

CAPVT XXVIII.

FILII, perfecta obedientia requirit proprii abnegationem, integram voluntatis resignationem, & exactam mandatorum executionem. Verus obediens, non respicit personam imperantis, & cui ille obedit, sed in ea oculum conicit in Deum, cuius amore obedit. Verus obediens, non desinit obedire, etiam si in modo imperandi sciat esse erratum. Nec resilit ab obedientia, si Superior sit imprudens, vel alij imperfectione obnoxius. Errat, qui idcirco obedit, vt à superiore magni fiat, vel vt aliquid ab eo obtineat; quia amore mei obediendum est. Verus obediens, quo tempore aliquid iubetur, non fugit, non latebras quærit, sed potius se ad iussa paratum offert. Verus obediens nihil pensi habet, sitnè à primario superiore

periore vel subordinato, hoc vel illud ordinatum, sed pari promptitudine vtriusque mandata excipit. Qui mauult in vna potius quam in alia re parere, non meretur nomen veri obedientis. Qui libentiùs vni quam alteri Superiori obedit, non est perfectus obediens. Qui procurat sibi imperari quod optat, potius perdit, quam lucretur. Verus obediens non explorat quare vel quomodo hoc vel illud sit iniunctum, sed satis est ei, scire esse iniunctum. Perfectus obediens, vt obedientiam perfectam faciat, relinquit opera sua imperfecta. Qui parer Superiori, quia prudens est, beneuolus, spiritualis, dexter, liberalis, hallucinatur, quia obediendū est illi tantum, quia vices meas gerit. Imagini meæ nõ exhibetur reuerentia, propter aurum & argentum ex quo conflata est, sed quia me repræsentedat. Vndè æquè illi honor exhibetur, si è charta vel ligno confecta sit, ac si ex auro vel argento. Haud secus Superiori honor omnis & obedientia deferri

debet, non ob virtutes quibus præditus est, sed quia vices meas gerit, & me repræsentedat.

FINIS

LIBER.